

iudex Paulus de Agatha

77

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Paulus de Agatha

77

1490-10-25

In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo
nonagesimo, pontificatus... Innocentii pape octavi
anno... septimo, mense Octobris, die vicesimoquinto
eiusdem, none indictionis, Mathere.

Nos Paulus Agathus de civitate Mathere, puplicus
apostolica auctoritate notarius, et testes subscripti de
affata civitate... notum facimus... quod... constitutis...
donno Donatello, de civitate Mathere... et donno Antonio
Nardy Bucchardy,... de eadem civitate,... prefatus...
donnus Donatus... asseruit... habere... medietatem unius
locy seu apicularis cum medietate certarum griptarum
ac medietate certarum cisternarum ab aqua et medietate
certarum arborum et vituum intus in eo, comunis
et pro indiviso... inter ipsum donnum Donatellum
et prelibatum donnum Antonium Bucardi, siti... in
tenimento civitatis Mathere, in contrata sancti Stephani,
in loco ubi dicitur Civita de Pantono, iuxta ortum
dicte ecclesie sancti Stephani, iuxta currentem gravine,
iuxta vallonum ecclesie sancte Marie de Pantono,
iuxta frontem ipsius locy et griptarum;... et placuit
eidem dictam medietatem predicti locy seu apicularis,
griptarum, cisternarum ab aqua, arborum et vituum...
vendere... Qua propter... vendidit... prenominato donno
Antonio... supradictam medietatem supradicti loci seu
apicularis cum supradicta medietate supradictarum
griptarum, cisternarum, arborum et vituum,... cum
onere annui census... granorum quinque solvendorum...
imperpetuum... procuratori archiepiscopi Matherani et
Acherontini... pro... pretio unciarum trium et tarenorum
decem... Presentibus donno Iohanne Antonio Angeli
Antonii de Leone, donno Donatello de Pantaleone,

donno Donatello de Alecta, donno Donatello notarii
Guilielmi de Gorrismo et notario Iohanne Francisco de
Gorrismo de Mathera, testibus...

† Ego d. Donatellus de Gurissioqui supra testis testor
† Notarius Iohannes Franciscus de Gorrismiis qui supra
testatur † Ego d. Donatellus de Alecta, qui supra
testis testor Et ego prefatus Paulus publicus ubilibet
apostolica auctoritate notarius per totum orbem, quia
premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur
et in predictum modum agerentur et fierent, una cum
prenominatis testibus presens interfui itaque sic fieri vidi
et audiui, ideo hoc presens publicum instrumentum manu
propria scriptum exinde confeci, publicavi et in hanc
publicam formam reddigi, signoque nomine mei solitis
et consuetis signavi, rogatus et requisitus in fidem et
testimonium omnium premissorum.